



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 93. Cæsar Oenipontum delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

§. XCIII.

*Cæsar Oenipontum delatus.*

Sleidan:  
comm. l. 23.

Interea Carolus V. Imperator ineunte  
Mense Novembri Oenipontum vene-  
rat ibidem quorumdam mensium mo-  
ram tracturus, eoquod hæc urbs Tri-  
dento

dicem commandant: in hac opinionum varie-  
tate vix non omnes Scriptores in eo conve-  
niunt, quod Georgius sibi irati Numinis ultio-  
nem accersiverit, eoquod quoddam Monaste-  
rium ad usus profanos convertere non abhor-  
ruerit: rem præter Palatum, aliosque plures his  
verbis enarrat Ciaconius: *Arcem illam, in qua ca-  
des patrata est, ipsem et Georgius everso a fu-  
ndamentis Monachorum cænobio construxerat,*  
referunt tamen nonnulli, ejusdem Cænobi Ab-  
batem exitium Georgio sive præfigisse, sive im-  
precatum esse his verbis: id Deus non sinet in-  
ultum, imo pœnam jamjam imminentem video.  
*Addunt alii, amicum virum probum dixisse:*  
quorsum hæc in sacro loco munitiones, ac Geor-  
gium respondisse: *Arcem non extruo, ut sacro*  
*loco injuriam inferam, sed ut meæ vitæ tute-  
lam parem, adjecisse amicum; caveas, loco præ-  
sidii tumulum efficias; Sacra loca si profana fu-  
ant, Deum habent ultorem.*

Circa Ferdinandum nemo est, qui illum  
nimia credulitatis postulet, dolendumque, quod  
Rex



dento admodum vicina esset, cum non Sæc. XVI.  
 nisi trium dierum itinere distaret: inten- A.C 1551.  
 debat enim Imperator hac propinquita-  
 te uti, ut Synodi negotiis, necnon Par-  
 mensi bello, quod tamen jamjam defer-  
 vescere coeparat, eo expeditius prospi-  
 cere posset.

M 3

§. XCIV.

Rex adeo pius, clemens, ac justus tam tur-  
 piter a suis Ministris fuerit delusus, & mirum  
 fane, quod Caſtaldus totius tragediæ Auctor,  
 atque Architectus, licet fuerit alias bene me-  
 ritus Belli, statusque Minister, publico suppli-  
 cio sui criminis pœnas haud dederit, cum tamen  
 dupli patibulo caſtigari promeritus fuisset,  
 ne generis nobilitas, aut Ministerii dignitas  
 impune delinquendi privilegium habere a rudi  
 vulgo crederetur: id tamen omnino haud dif-  
 simulandum, quod Continuator lividus sem-  
 per Augustissimæ Domus Austriacæ Momus  
 absque ullo scrupulo Ferdinandum incuset,  
 quod hunc Cardinalem quovis demum dispen-  
 dio trucidari ſæpius juffiffet, cum tamen ipſe  
 Thuanus, Sleidanus, omnesque ferme Scrip-  
 tores totam culpam in Caſtaldum reſiſtant, <sup>a</sup>  
 quo, aliisque Ministris Ferdinandus fuit delusus  
 (Thuan. l.c. fol. 689.) qua igitur ratione Con-  
 tinuator adeo audacter ſcribere potuit, quod  
 Ferdinandus jufferit, ut Cardinalem nulla mo-  
 ra morti adjudicaret, & Monachum quanto-  
 cius e medio tolleret, eumque quovis demum pe-  
 riculo